



Universitätsbibliothek Paderborn

**Johannis Strauchi[i] Jcti Amoenitatum Juris Canonici
Semestria duo**

Johannis Strauchi[i] Jcti Amoenitatum Juris Canonici Semestre alterum -
Cum Indicibus

Strauch, Johann

Jenae, 1674

Cap. IV. Ad cap. X. de off. Archidiaconi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10241

te districte quæsturi sumus, que vel propria Ecclesiæ, vel ea quæ diversis Ecclesiis similia. (Hæc vox mira lectionum monstra peperit: *procimilia, Cimimilia MSti Salani: Editio de Blavis Veneta: Cinimilia, alii, cimelia.* Legendum: cimelia, id est, pretiosa, κειμήλιον, suppellex pretiosior & quæ reponi meretur, unde & nomen, κειμηλια, repositum esse. Intelligit vasa sacra & alia Ecclesiæ ornamenta, donaria, thesaurum Vide lib. 2. c. 16. Registri) sunt collecta, non (num) sub omni sollicitudine & fide servantur (serventur.) Quod si quid ex eis vel negligentia, vel cujusquam fraude deperiit, tu hoc reatu adstringeris (tu tanto magis in hoc reatu constringeris quanto. Barcinon) & reliqua. Addi potest data ex registro: quæ habet: *Dat. mense Novembri, indictione nona, anno primo.* Nimirum res sacræ universæ erant sub custodiâ Archidiaconi, uti & cura relictos Archidiacon. reliquiarum. Gregorius Turonensis lib. 10. c. 1. testatur, à Gregorio, tum Archidiacono Pelagii se reliquias per Diaconum petiisse. Etiam translatio reliquiarum ad eum spectabat, ut idem Turonensis de glor. Confess. c. 86.

C A P. IV.

Ad cap. X. de off. Archidiaconi.

S U M M A R I A.

- | | |
|---|--|
| 1. <i>Inscriptionis emendatio.</i> | 7. <i>Non nisi semel in anno debita.</i> |
| 2. <i>Abbatia Arimarensis ubi.</i> | 8. <i>Circada.</i> |
| 3. <i>Hypothesis capituli.</i> | 9. <i>Monasteria procurant Visitatores, nisi exemptionem imperarunt.</i> |
| 4. <i>Monaster. S. Pierre Levif.</i> | 10. <i>Ballivia, ballia.</i> |
| 5. <i>Procuratio quid.</i> | 11. <i>Canonici majores & minores.</i> |
| 6. <i>Archidiaconi visitantis procuratio.</i> | I nscriptio apud Raymundum habet: <i>Abbatia Ariminensi: Sed scribendum ex compilatione V. Arimarensi.</i> Est abbatia in diœcesi Trecensi, ordinis S. Benedicti, Monstier-ramey. <i>Sirmond. ad Petrum Cellensem Epist. 2. lib. 2. Abbas S. Petri dene-</i>
<i>gabat procurationem annuam monasterio S. Petri. Compilatio V.</i>
<i>Sancti Petri vivi. Vocatur enim hoc monasterium, S. Pierre le</i>
<i>vif.</i> |

Inscriptio-
nis emen-
datio.Abbatia A-
rimarensis,
ubi.Hypothesis
capituli.

Monast. S.

vif. juxta civitatem Senonensem, ordinis S. Benedicti. Vide lib. 3. *Pierre le Epistolarum Innocentii III. Epist. 10. editionis Bosqueti. Procuratio accipitur pro annonā quae ministratur Episcopo. Procurare est Procuratio epulis excipere. Accius apud Macrobius i. Saturnal. 7. quid.*

Exercent epulis leti, famulosq; procurant.

Archidiaconum

Corpora procurare Virgilius 9. Aeneid. 32. Archidiacono igitur coniūsum visitatio inter fines sui Archidiaconatus competet etiam tantis procuratio debebatur, ratione visitationis cap. dudum. de Elect. curatio. Cap. mandamus. 6. de officio Archidiaconatus. cap. auditis. de prescript. c. Non nisi secum Apostolus. c. procurationes. de Cens. Competebat autem non mel in anno sūpius quam semel in anno. d. cap. Mandamus. 6. b. t. Hæc procuratio debita. ratio pro visitatione dicitur alias circata seu circada. Ivo Car. Circada. notensis Epist. 286. Nec non & Ecclesiam de Mundonis villâ liberam à synodo & circadâ. Hincmarus Rhemensis epistolâ ad Ludovicum Balbum cap. 8. Ut Ecclesia in isto regno per occasionabiles circadas non affligantur. Circare in vett. glossis est circuire, circada ergo annona pro circuitione.

Monasteria

Tenentur itaque monasteria procurare Episcopum, sed & procurant Archidiaconum, nisi speciali privilegio sedis Apostolicæ fuerint Visitatores, exemta. cap. 1. & ult. de cens. in 6. Est enim onus visitationi anno nisi exēsum. Ait textus: Petiit insuper, ne de cætero facerent aliquos de ptionē im- Senonensi baillivia conveniri. Baillivia, ballivatus, Ballia, di- petrarunt. Etio barbara, territorium, suos habens judices. cap. Quoniam. de Ballivia, Immun. Eccl. in 6. Ait textus: Per majores Ecclesie Senonensis ballia. Canonicos. Canonici ergo sunt in duplice differentiâ, alii ma- Canonici jores, alii minores, qui licet habeant stallum in choro, non ta- majores & men vocem habent in capitulo. Vel per majores intelliguntur minores, seniores, qui majores annis sunt.

CAR. V.

Ad tit. de officio Archipresbyteri.

S U M M A R I A.

- | | |
|---|-----------------------------------|
| 1. Archipresbyter quo respectu prior, quo posterior Archidiacono. | 2. Presbyteri Decani quotuplices. |
|---|-----------------------------------|

3. Decanus Urbicus.

F 3

4. Ejus